

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VI, 24 : De Actaeone](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VI, 24 : De Actaeone

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[81\] : De Actaeone](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 24 : De Actæone](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 25 : D'Acteon](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 24 : D'Acteon](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination200v°-201r°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Actéon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

## Mythologia

nam si amplius spatium sit voluptatibus iniunctum crudelissimos, & maxime omnium belluarum furiosos homines experitemur. Ac de Paride satis, nunc de Actæone dicamus.

De Actæone.

Cap. XXIII.

- 10 **N**eq̄ leue sanè supplicium Actæonem subiisse memorant, quòd nudam Dianam intueri ausus sit, tantum honorem Diis immortalibus deberi significabant. Fuit hic, vt scripsit Zezes hist. 61. chil. 6. Autonoes Cadmi, & Aristei filius: qui cum mirum in modum venatione delectaretur vt pote à Chirone educatus, vt ait Apollodo. lib. 2. ferrur super saxo quodam defessus dormire solitus, quod fuit non procul à Megaris Plateam contendētibz, quod etiam Actæonis saxum vocatum fuit. Scripsit Pauf. in Bæoticis Actæonem in fonte illi saxo proximo se lauante. Dianam vidisse, quod illa moleste ferens, rabiem canibus Actæonis immisit, vt illum laniarent. Eam fabulam multis verbis complexus est Ouid. lib. 3. Metamorph. qui non super saxo illum dormire solitum scribit, sed in spelunca quadam fonti illi propinqua. Illa de causa dictus est fuisse in ceruum conuersus, & à suis canibus in Cithærone laniatus, quod multos assidue in feras nutrebat, vt significauit Eurapi. in Bacchis hoc pacto;

*ἔρεται δ' ἄραυον ἄλλοι κέρει,  
ἰσχυροὶ τευδαίου, δειρόφρονες,  
ἀσπάρτα κέραι δ' ἰσχυροί.*

Num cernis Actæonis improbam necem?  
Canes voraces, ille quas nutreuerat,  
Nam dilaniare optimum venatibus.

- 30 Nomina vero canum, à quibus Actæon fuit laniatus, nihil aliud quàm vel colores corporum, vel sagacitatem significant, quæ conuenit canibus, hæc autē sunt; Melampus, nigros habens pedes. Ichnobates, per vestigia sequens. Pæphagus, omnia comedens. Dorceus, perspicax. Oribasius, motiusagus. Nephonus, hinnulos occidens. Lelaps, procella. Theron, ferus. Pterelas, alatus. Agre, inquirens. Hylæus, syluestris. Nape, saltus percretrans. Parmenis, pastorum canis. Harpyia rapax. Ladon, hinnulo similis. Dromas, cursor. Canache, fremens. Stiçte, piçta. Tigris, fera. Alce, robusta. Leucon, albus. Asbolos, fuliginosus. Lacon, reboans. Aello, procellosus. Thous, celer. Cyprius, libidinulosus. Lyrisca, lupina. Haspalus, rapax. Melaneus, niger. Lachne, hirsuta. Labros, rapidus. Agriolos, agrestibus viis aptus. Hylæor, latrator. Nā omnino canes quinquaginta Actæonis à nonnullis commemorantur. Alii dixerunt Actæonem cerui pelle à Diana testum laniatum fuisse à canibus ad eum læcerandum incitatis, ne Semelen vxorem duceret, cuius sententiæ fuit Stelichorus Himerzus. vel, vt voluit Acusilaus, quia illam compressit. Alii Actæonē non versum in ceruum, neque cerui pelle testum fuisse arbitrantur, sed opinionem canibus immisam, vt feram putarent, quod attigit Ouid. his carminibus;

Testis & Actæon, quondam fera creditus illis,  
Ipse dedit letho cum quibus ante feras.

Neque verò vnus tantum fuit Actæon, vt ego quidem censeo, sed alter à canibus laniatus; alter à Bacchis discerptus; de quo ita sententiæ extat enarratoris

